

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11657

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2277

A S C E T I C I.

2278

neri *Bibliotheca*, quae etiam alios labores literarios a *Philippo Dobereiner* S. T. D. et Canonico *Monacensi* susceptos enumerat. His adde e *Bibliotheca* nostra Palat. Ant. *Hemertii* traductum *Christlichen Trostspiegel*. *Dilling.* 1565. 8. et *Conclave Animae*. *ibid.* 1570. 8. quod est *Blossii*. Quod teste *Gesnero* contra *Viretum* de sacrificio *Missa* scripsit *Opusculum*, germanice insignitur: *Der Caluinisten Kebrab*. *Μεταφρασιν* nostrum etiam *Cod. CCCCLXXV.* reperies.

DXCIX.

670 Codex chartaceus hisp. Sec. XVI. Folior. 142. 4. manu difficili et fortasse feminea exaratus constat *Epistolis* XLII. five potius Documentis ad Vitae christianae Perfectionem opportunis, nullo certo ordine digestis, ut ex inscriptionibus liquet, quarum I. est: *Consideracion de donde procede el temor de la muerte en las personas pias y que es sennal de predestinacion contentarse el ombre, que aya otra vida.* II. *Avisos para no sentir las enfermedades corporales.* III. *Con que intento se a da yr a la santissima comunion.* IV. *La doctrina de la prudencia umana acerca la providencia de Dios aze a los ombres impios, y que la doctrina del spiritu sancto los aze pios &c.* Postrema est: *Que solos los pios sienten la tentacion a que fin son tentados, con que generos de tentaciones, y como se ban de gouernar en ellas.* Denis *Codd. Theol. V. I. P. II.*

Fortassis ad *Teresiam* Virginem, aut *Johannem a Cruce*, aut *Joh. de Avila* pertinent, sed nulla Personarum, Locorum aut Temporum adfunt indicia, neque inter horum Scripta, quae typis vulgata sunt, censentur.

DC.

Codex chartaceus hisp. Sec. 648 XVI. Folior. 438. 4. complectitur sequentia: I. *Dialogos* IV. Morales, quorum Primus inscribitur: *Comiença el Primer Dialogo. Entre los dos estudiantes Prudencio y Didimo, que es el, que quedo començado en la Primera parte desta Obra. Estos dos Estudiantes aviendo mirado lo que avian de tratar, cuenta cadauno lo que ha visto y ballado en la Torre de David, y asi sennala Cadauno dellos el estado aque mas se afficiona, declarando en esta Platica muchos Pasos dela Sagrada Scriptura.* Ex hac porro Inscriptione conficio *Codicem* hunc secundam esse Partem Operis dicti *Turris David*, cujus Autorem reperio *F. Hieronymum de Lemos Segoviens.* O. S. *Hieron. Coenobii del Parral*, qui illud latine compositum morte a. 1563. praeventus teste *Nic. Ant. Bibl. Hisp. Novae* T. I. p. 445. in schedis reliquit, a quodam dein Sodali ejus *Hieronimiano* hispanice redditum, maleque, ut idem ait, confutum typis vulgatum *Salmanticae* 1567 et 1578. 8. Sodalis hic fuit *F. Balthasar de Toledo* Vicarius memorati *Coenobii*, Y y y nobii,

nobii, quod *Antonius* ignorasse videtur, ego vero disco ex Editione *Salmanticensi* a. 1573. 8. quae pariter Bibliothecarium illum latuit, et in cuius *παρεργείοις* nec volam nec vestigium deprehendo, Opus ipsum primitus latine compositum fuisse. Quod autem *Antonius* illud male confutum in lucem prodivisse dicat, eo pertinere videtur, quod Editor in calce *Elenchi* Dialogorum *Partis* I. quae Dialogis 7. constat, scribat: *Este postrero dialogo queda imperfecto, por que lo restante del, con otros Dialogos que se le annade, hazen otro cuerpo tanto y mayor que este.* An vero alterum istud Corpus five *Pars* II. Codice nostro comprehensa pariter lucem adspexerit, dicere non habeo. Dubium saltem reddit Editor, qui in *Praef.* P. I. *Gasparem de Zuniga S. Jacobi* Archiepiscopum rogat, velit *Partem* illam eo favore complecti, ut etiam *Secunda* typis vulgari queat. In hac porro Interlocutores *Dialogi* II. sunt *Abdano* et *Dobrinio* Fratres, quorum ille doctus et improbus, hic indoctus et probus. *Dialogi* III. *Senesio* et *Adolino* Pater et Filius. *Dialogi* IV. *Didino* Clericus et *Prudencio* Religiosus. Exponuntur vero varia S. Scripturae Loca, et varia Doctrinae Morum Capita pertractantur. Quod *Nic. Antonius l. cit.* addit, Opus istud se lingua *Italica* editum vidisse *Florentiae* 1579. interprete *Julio Zanchino*, id tu de solo *Dialogo* IV. *Partis* I. intellige, qui

in Edit. *Hisp.* incipit fol. 142. p. 2. Adjacet enim mihi Versio illa *Italica* inscripta *Armeria Religiosa*, non a. 1579. sed 1597. impressa. Haec ad emendandam *Nic. Antonii Bibliothecam*.

II. fol. 349. Aliud Opusculum aequae Dialogicum, cuius Argumentum ita habet: *En una Ciudad deste Reyno estaua vn hombre bonrrado casado con una noble Senora y por ser ella vn poco descuydada, y el no bien acondicionado bibieron algunos annos mal casados. El marido tenia vn hermano frayle, y la muger una hermana monja. El marido solia yr a comunicar sus desgustos con su hermano el frayle, y ella daua parte de sus trabajos a su hermana la monja. Por otra parte el frayle estaua tan descontento con el estado de la religion que auia tomado, que muchas vezes estaua determinado de dexar el habito, y la monja se uia tan desconsolada, que muchas vezes se deseaua la muerte viendose captiua para siempre. Fueron tantas las queexas, que los Casados a sus hermanos dieron, y tantos los peligros, que tenian y lazos en que a cada paso cayan los de su estado, que no solamente los Religiosos tuuieron por gloria el estado, que auian elegido, mas con sus exhortaciones y buenos consejos reconciliaron a los casados de tal manera, que puniendo cada vno vn poco de consideracion de su parte boluieron a bibir en grande union y conformidad y ansi aprobaron los vnos y los otros el estado, a que Dios los auia*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11657

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2281

A S C E T I C I.

2282

auia llamado, y reconocieron non estar la falta en el estado de Vida, si no en el non saber vsar del como deuian. Sectum est in IV. Dialogos pium hoc Drama, quorum I. et III. inter Fratres, II. et IV. inter Sorores. Autor tacetur, qui fortassis est idem Hieronymus de Lemos, ut omnia sua dent.

DCI.

809

Codex chartaceus germ. Sec. XVII. Folior. 405. 8. minute descriptus dicitur: *Gulden Schatze Der Himelischen Glory*, id est: *Aureus Thesaurus Coelestis Gloriam*, agitque Partibus III. de Vita et Morte D. N. J. Ch. Autor Georgius Harsch dicat Ferdinando II. Imp. die Bartholomaei Apost. anno 1635. nihil tamen de se in prolixa nuncupatoria memorat, neque alibi quidpiam de eo memoratum reperio, unde ignoro, an ad nobilem, nunc Comitum, hujus nominis gentem pertineat. Virum fuisse pium, in sacra lectione versatum, linguaeque latinae peritum ex Autorum adductorum locis patet, et fortassis concinnius ea lingua differuisset, quam patria, quod quidem multorum ea aetate in Germania fatum fuit. Ait tamen in Praefatione, quae Dicationem excipit, se stilo simplici usum, quo Operis utilitas ad plures porrigeretur. Parte I. agit de Fructu multiplici, qui e frequenti Vitae Mortisque Christi contemplatione redundat, Parte II. Vi-

tam Servatoris ab Incarnatione ad Crucifixionem perducit, Parte III. Reliqua usque ad Ascensionem in Coelum exequitur, tum perorat.

DCII.

Codex chartaceus ital. Sec. 704 XVII. Folior. 367. 4. non una manu exaratus continet Thomae Bergomatis Ord. Capuc. Adjutoris, ut vocant, Laici Opuscula Ascetica inscripta Leopoldo Archid. Austr. Caroli Styriaci filio. Sunt vero ea: *Scala di Perfezione*, *Breue Trattato di cose spirituali*, *Dell' Ascensa del nostro Signore in Cielo*, *Dell' Amore et unione, che ha l' Anima con Iddio*, *Dell' Estasi*, et quaedam de Amore Dei Fragmenta. Alia illius enumerat Ill. Mazzuchellius in *Scriptt. Ital. Vol. II. P. 2. p. 942*. Affectibus mysticis multum indulget Vir pius, qui se *semplice idiota et ignorante fratticello* compellat, seque sua non nisi *delle longe orationi et frequenti contemplationi* hausisse adserit. Interim tamen textibus S. Scripturae et quorundam Patrum latinis utitur. Obiit Oeniponte a. 1631. Ferdinando II. Imp. Leopoldo suopravit. et Carolo Madrutio Card. Tridentino carus.

DCIII.

Codex chartaceus ital. Sec. 572 XVII. Folior. 44. 4. continet Job. Francisci a Clesio O. M. Summaria X. Librorum, quos de Vita

Y y 2